




**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1985**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".


Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

etails  
s du  
odifier  
r une  
Image

errata  
to

pelure,  
on à

32X



135

## ILLME AC REVME DOMINE

Antistites nonnulli regionum, ad quas Apostolica Sedes per S. C. de Propaganda Fide suam exerit sollicitudinem, Romae nuper convenientes occasione Dignitici Decreti de B. M. V. Immaculato Conceptu circa suarum dioecesium statum nonnulla referebant, quae Sacrae ipsius Congregationis sollicitudinem excitarunt ut quaedam disciplinae capita, temporum atque adiutorum ratione habita, uniformiter, quatenus fieri poterit, componantur optimoque Ecclesiarum regimini provideatur. Cum vero de gravius momenti capitibus agatur, Antistitem omnium earundem regionum sententia expositulanda de iisdem visa est, ut deinde SS. D. N. accurata relatio per S. C. fieri possit, ac Sanctitas Sua quod magis probaverit decernere valeat.

Hanc itaque ob causam ad Amplitudinem Tuam haec Literae traduntur et quaestiones nonnullae exhibentur ut ad singula responsiones mittat, suffraganeis Episcopis certioribus effectis eorumque habitis votis, ac tum factorum tum juris per singulas regiones vigentis declaratione addita, iisque omnibus panditis quae opportuna ad scopum videantur.

Enimvero cum, attentis regionum difficultatibus et distantia, Apostolica Sedes facultates quasdam delegare jandiu consueverit, aliae vero petentibus nonnullis Antistibus singillatim iis concessae fuerint; explicandum erit quarum delegatio adhuc necessaria vel admodum opportuna videatur, circa quas vero delegatio coecondenda potius sit ut Ecclesiasticarum legum accuratior observantia, quemadmodum par est, introducatur; spirituali autem fidelium bono rito provisum existat.

Peculiari quadam ratione ad facultates pro dispensationibus matrimonialibus attentio deducitur, cumque de locis agatur ubi Catholici cum a Catholicis degunt, ad mixta quae dicuntur matrimonia potissimum erit dirigenda. Porro haec in re perspecta omnibus Catholica doctrina existit, eoque respondens praxis: accurate itaque eadem servetur ac probe advigilandum erit ne abusus introducantur, quemadmodum pluribus in locis evenisse constat.

Plures Antistites feliciter admodum in removendis his mixtis coniugiis adlaborarunt: attamen frequentius alibi occurrunt, et periculum oboritur ne si pro venia obtinenda Sacrae Sedis vel etiam Episcopi responsio in dioecibus late patentibus, expectanda sit, periculis civilis magistratu, vel etiam aetholico ministro in Ecclesiae spectum jungantur, quae sese ac filios gravissimo perversionis periculo exponant. Hinc aperiendum erit quomodo ea in re dispensandi Episcopi sit tradenda, ubi etiam aliquo modo iisdem subdelegatis officariarios permittenda.

Ut compertum est, in iis incundis nuptiis Ecclesia ea generatim omittenda in Catholicorum matrimonia decorantur, inclusis etiam proclamationibus: porro Antistitis ratio peculiaris habenda videretur illorum qui precibus Ecclesiae obsequenter propere obtenta, atque indulti tenore servato praesertim quoad promissiones praestandas coniunguntur, et cum iis benigniori methodo procedi ut valeat postulatur, ne forte ob solemnioris formae defectum illam apud civilem magistratum vel apud haereticum ministrum exquirant. Potissimum haec pertinent ad regiones ubi consuetudo aliqua haec in parte sit invecata: addendum ino videtur sub num. I. exemplar formae, quam alicubi usu receptam fuisse constat.

Ut de conditionum adimplemento tutius constaret, promissio earundem in Apostolicae Sedis indultis praecipitur addita juramenti religione: quod licet acquisissime demandetur, alicubi tamen aetholici nonnulli a quolibet praestando juramento abhorreere perhibentur, proindeque haec etiam ex parte difficultas oboritur, licet vere atque ex animo sese promissa servaturos iidem spondere censeantur.

Peculiariter vero attentionem meretur quod cum plures haereticorum sectae legitimam Baptistis ritum abiecerint, facile impedimentum dirimens obstat quominus inter aetholice earum-

dem et Catholicos matrimonia fiat. Ea in re attendenda primo est instructio per S. Congregationem S. Officii edita, quaeque sub numero secundo exhibetur. Attamen cum occurrentibus difficultatibus satis adhuc factum haud videatur, eo etiam de capite accurate erit referendum. ]

Alia exoritur difficultas, attentis praesertim itinerum majori facilitate, cum ex regionibus proxime sitis in una decretum *Tumctai* circa Matrimonii celebrandi formam vigeat, secus in altera: huc enim nonnulli indo advenientes matrimonium forma illa haud servata inveniunt. Porro Antistites nonnulli probari regulam postularunt ut transmigrantes ea exemptione frui censeantur, dummodo *cum bona fide* per mensem in regione, ubi lex memorata haud viget, manserint.

Praeter haec exposita quoad facultatum delegationem et matrimonii celebrationem, disserimon aliquod in reconciliandis haereticis invaluisse constat. Enim vero nonnullis in locis ferior ea Fidei professio, quae Pii IV. auctoritate edita est, elicitur, omissis ob supra notatam causam juramento, quod in fine praescribitur, omissis pariter iis quae indicant profitentem ea omnia *sublevis, vel illis quorum cura ad ipsum in suo munere spectabit, teneri doceri et praedicari quantum in se erit curaturum* cum laicis haec haud bene aptari existiment. Alibi omnia absolvuntur per formulam quae num. 3. exhibetur: cum vero privatim abiuratio fit, dicitur tantum antiphona *Veni Sancte Spiritus* cum versiculo et oratione: omittuntur hymnus *Veni creator Spiritus*, Ps. *Misereere* et Hymnus *Te Deum* cum sequentibus orationibus, ea de causa quod pro publica ac solenni abiuratione haec constituta censeantur. Quoad haec omnia pariter uniformis methodus inducenda esset.

Demum peculiariter cura convertatur oportet ad tuenda sacra aedificia ac generatim bona quaelibet sacris ac piis usibus destinata, mediaque ad id praestandum suggerenda erunt quae et sacris legibus conformia sint, et cum regionum institutis, quoad fieri possit, habita etiam jurisperitorum sententia convenient. Providendum pariter visum est Episcopis iis, quibus certi redditus ratione mensae haud obveniunt, nimirum ad decentem eorumdem sustentationem atque expensas pro dioecesis bono peragendas: cum vero dubitari nequeat huiusmodi in casu per unanquamque Ecclesiam proprio Antistiti esse providendum, operae pretium erit, inspectis provinciae adiunctis, modum proponere quo id praestari valeat.

Omnibus itaque mature perpensis, et collatis consiliis cum provinciae Antistitibus, curet Amplitudo tua ut ad singulas propositas quaestiones responsa tradantur.

Precor Deum ut Te diu sospitem servet.

Datum ex aedibus S. C. die 27. Junii 1855.

## Num. I.

*Instructio de modo adist. Matrimonii mixti alicubi per foederatas Am. provincias usu recepto.*

Sacerdos qui adstat matrimonii catholicorum cum acatholicis, debita cum venia, debet imprimis curare ut condiciones a S. Sede praescriptae de partis catholicae libero religionis exercitio, et de catholica educatione prolis utriusque sexus, acceptentur ab utroque contrahente, et inquirere utrum adsit impedimentum dirimens praesertim disparitatis cultus, quod si detegatur, non procedat absque necessaria dispensatione. Deinceps poterit eos alloqui verbis quae in appendice Ritualis Baltimorensis reperiuntur, vel aliis, pro arbitrio. Consensus autem partium est exquirendus, coram testibus, sermone vernaculo:

N. N. Visno ducere in uxorem legitimam N. N. hic praesentem. R. Volo.

N. N. Visne nubere N. N. hic praesenti. R. Volo.

Deinceps jungunt manus, et consensum haece verbis vernaculo sermone plenius exprimunt:

Vir dicit:

Ego N. N. duco te N. N. in uxorem legitimam ex hoc donec morte separati fuerimus.

Mulier autem dicit.

Ego N. N. nubo tibi N. N. ex hoc die donec morte separati fuerimus.

Annulus tunc imponitur a sponso digito annulari manus sinistrae sponsae.

Post haec brevem hortationem facere poterit sacerdos, eos monens obligationum susceptarum.

## Num. II.

*Instructio S. Officii.*

Feria quarta die 20 Decem. 1837.

SSmus etc. in solita audientia R. P. Comu: Gen: S. O. impertita audita relatione dubii ab R. P. D. Episcopo Neo-Eboracensi. Utrum scilicet, in praesumptione baptismi invalide colati Parti haereticae matrimonium cum parte catholica a Sede Apostolica dispensata inire cupienti conferri debeat iterum baptismum sub conditione? et praehabitis Emorum Inquisitorum Generalium suffragiis, dixit:

Datur Decretum latum sub Fer. Quarta 17. Sept. 1830. instante ut sequitur, Rev. P. D. Episcopo Aniciensi — An Calvinistae, et Lutherani in illis partibus degentes quorum baptismum dubium et suspectum est, infideles habendi ita ut inter eos, et Catholicos disparitatis cultus impedimentum dirimens adesse censeatur? Cui instantiae S. C. in praedie, feria ita respondit. I. Quoad haereticos quorum sectae Ritualia praescribunt collationem baptismi absque necessario usu materiae et formae essentialis, debet examinari casus particularis. II. Quoad alios qui iuxta eorum Ritualia baptizant valide, validum censendum esse baptismum. Quod si dubium persistat etiam in primo casu, censendum est validum baptismum in ordine ad validitatem matrimonii. III. Si autem certe cognoscatur nullum baptismum ex consuetudine actuali sectae, nullum est Matrimonium.

Hisque omnibus SS. superaddi mandavit. In tertio casu praefati Decreti respiciente nullitatem certam baptismi in parte haeretica idem Episcopus Neo-Eboracensis recurrat in casibus particularibus.

Angelus Argenti S. R. et Ullis Inquis Not.

## Num. III.

*Forma abirrationis nonnullis in locis recepta.*

“Ego N. N. in religione protestantica educatus, nunc tandem gratia Dei illuminatus, et ad cognitionem veritatis perductus, sincero corde declaro, me firmiter credere quicquid tenet et docet Sancta Catholica, Apostolica, et Romana Ecclesia, et rejicere, quicquid ipsa rejicit et damnat. Et profiteor me in hac fide vivere et mori intendere.”



